



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

12. De Episcopis qui non visitatis parroëchiis pretium servitutis requirunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

36 REGINONIS LIB. I.
tur, & singulis annis Episcopo exinde ratio
fiat. Nam si tertiam illam partem Episcopus
tollat, lumen & facta recta Ecclesiæ abstulit.

De Episcopis qui non visitatis parræchiis
pretium servitutis requirunt. *Ex Concilio
apud Triburias habito temporibus Arnul-
phi Regis tit. xxvi.*

Burchard. lib.
I. c. 229.

XII. Delata est coram sancta synodo que-
rimonia plebium, eò quòd sint quidam Epif-
copi nolentes ad prædicandum vel confirman-
dum suas per annum parræchias circumire, qui
tamen exigunt ut mansiones, quibus in profe-
ctione uti debuerant, alio pretio redimant qui
parare debent. Quæ duplex infamia & negle-
gentia & avaritia sanctæ synodo horrore fuit
magno; & statuerunt ne quis penitus ultra
exerceat id cupiditatis ingenium, & ut sollici-
tiores sint Episcopi de suis gregibus visitandis.

De eadem re. *Ex Capitulis synodalibus
Karoli Imperatoris tit. xciv.*

Lib. I. Capi-
tular. c. 100.

* adm. à n.

* min. f.

* apud hos

* ne cor.

XIII. Ne verò Episcopi occasione prædi-
candi aut confirmandi oneri essent populis, * à
nobis admoniti polliciti sunt se deinceps hoc
cavere velle & eo tempore * suum ministe-
rium, in quantum facultas datur, exequi, * his
quibus prodesse possunt, non quo * eorum
profectio, quantum in illis est, sit importuna
vel onerosa.

*Perturbatus est ordo istius capituli apud Re-
ginonem. Exhibuimus heic lectionem codicis
Parisiensis. Editio Helmstadiensis non est
multum diversa. Varias lectiones adnota-*